

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

Bosco, Jean a

Lovanii, 1678

Concl. I. Tridentinum præcipit absque irritatione, ut in posterum antequam
Matrimonium contrahatur, ter à proprio Parocho contrahentium, tribus
continuis diebus festivis, in Ecclesia, inter Missarum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](#)

SECTIO X.

DE DENUNTIATIONIBUS.

Denuntiationes, sive publicationes, proclamationes vocantur vel propositiones, quibus in Ecclesia, publicè prolatis nominibus viri & feminæ, inter se contrahere Matrimonium cupientium, cunctis indicuntur, ut si qui forte noverint aliquod impedimentum inter eos adesse, debeat illud revelare, ne videlicet sequatur Matrimonium inter eos, qui impediti forte sint.

*Præcepta
furrum in
Concil. La-
ter.*

Porrò has denuntiationes præceptas fuisse in Concilio generali Lateranensi sub Innocent. III. c. 51. (& refertur c. fin. de Clandest. despons.) nemo dubitat. Hæc sunt verba Pontificis: *Prædecessorum nostrorum vestigiius inherendo clandestina conjugia penitus inhibemus: probitentes etiam, ne quis Sacerdos talibus interesse presumat. Quare specialem quorundam locorum consuetudinem ad alia generaliter prorrogando: Statutum, ut cum Matrimonio fuerint contrahenda in Ecclesiis per Presbyteros publicè proponantur, competenti termino præsumto, ut infra illum, qui voluerint & valuerint, legitimum impedimentum opponant, & ipsi Presbiteri subtiliorius investigent, utrum aliquod impedimentum obstat.*

Sed quia in multis Diocesibus, ut refert Abbas eod. cap. fin. n. 9. hæc denuntiationes in desuetudinem abierant, id est Decretum istud innovavit Tridentinum sicc. 24. c. 1. de Reform. Matrimonii, ut ostendo sequentie Conclusionem, quæ talis est:

CONCLUSIO I.

Tridentinum præcipit absque irritatione, ut in posterum antequam Matrimonium contrahatur, ter à proprio Parocho contrahentium, tribus continuis diebus festiis, in Ecclesia, inter Missarum solemnia, publicè denuntietur, inter quos Matrimonium sit contrahendum.

2. **S**unt ipsa verba Tridentini his duobus exceptis: *Absque irritatione.* Igitur de præcepto non est relietus ambigendi locus. Dubitatur autem de irritatione, propter di-

versas rationes, quas inferius examinabimmo postquam certiudo nostre Conclusionis fuerit solidis rationibus demonstrata.

Hæc autem sit prima ratio: quia in Matrimonio omisso denuntiationib[us] videtur omni jure, ab eo recessente non est absque manifesto Decreto irritum. Tridentinum autem non manifeste irritum contrarium ex illo colligitur: nam enim ageret de denuntiationibus praetendis, & de præsentia Parochi & officiis in Decreto irritanti solius præsentem nitit; ergo &c.

Et confirmatur: quia Tridentinum de denuntiatione, quod statutum est in Concilio Lateranensi, quia in defensione p[ro]fessi abibat, in primitu[m] obligacione tum restituit, ut constat ex illi vero: *U[er]o circa sacri Lateranensi Concilii, factu[m] celebrati, vestigiius inherendo praesidet. Sed olim validum erat Matrimonio omisso denuntiationibus; ergo & mod[us]. Min[us] constat ex his verbis: Vetus can[on] Specie inmadu[er]at, prohibitione illas res ipsas homines inobedientiam jam non prel[ati], & gravata perpendat, que ex iure clandestinitatis ortsam habent; neque ipsi ipsis, qui in statu damnationis permaneant, dum prore uxore, cum quacumque contraherent resida, cum alia palam contrahant, & cum ea in perpetu[um] adulterio vivant. Sit in adulterio; ergo pro Matrimonio clandestinum fuit validum ut manifestum est.*

Probatur Conclusionis Secundo: quia le est in Matrimonio, ne ex similitudine irritatio, absque clausula irritatio possit, ut nos alibi docuimus cum dicto de Testibus, n. 17. veri. *Secundum tempore.* & Rota in noviss. ro. decr. 750. n. 1. Tridentinum autem dum præceptum denuntiationis non ponit Decretum irritans.

Tertia probatio: quia Tridentinum in cap. 1. concedit, ex Episcopi dispensatione posse denuntiationes sublegi, quae una actum subsequi possunt, potius de solemnitate, quam de forma dicuntur; ut multo latius testatur Felinus. *Cum dilecta, & reliquias, n. 6. dicens: Quartum signum. Quando aliquid potest intervenire post actu[n]um, nonquam potest dici, illud esse de forme, sed potest appellari solemnitas effectualis, quae tribuit robur actui jam formato, faciliu[m] donationi, & cauto reformatio[n]e casu cap. Quāquam de Usuris in 6. Hezile.*

Ultimò probatur: quia quoties dispositio, præfigens tempus, concedit judici arbitrium in prorogatione temporis, non dicitur illud de forma, ut docet Felinus sup. verf. *Ottavum signum*, ibi: Limita hæc primò, nisi dispositio, præfigens tempus, daret judici arbitrium in procedendo: quia poterit judex prorogare tempus, & non dicetur de forma: scilicet si daret arbitrium in decidendo tantum. Jam autem Tridentinum eod. cap. 1. concedit Ordinario arbitrium in prorogandis vel omittendis denuntiationibus; ergo ea non pertinent ad formam & essentiam Matrimonii.

Ide quæ inquit Pontius lib. 5. c. 30. n. 2. Non semel declaratum est à Cardinalibus, quas Declarationes refert Farinacius, & communia DD. sensu receptum est, ita ut necesse non sit neque Declarationes, neque DD. referre. Hæc ille.

Evidem non nocebit unam Declaracionem describere: Congregatio Concilii censuit, Matrimonium contractum non præmissis denuntiationibus, nisi aliud obstat, irritum non esse. Mediolanensis 28. sept. 1591.

Praxis etiam huic sententiæ suffragatur. Adhuc à paucō tempore in diœcesi Mechliniensis initum fuit quoddam Matrimonium, non præmissis denuntiationibus, quod tamē usque in hodiernum diem, validum permanebit, & semper permanebit.

Nihilominus oppositam sententiam tenuit Menoch. Confil. 69. n. 71. & seq. vol. 1. & Alii pauci apud Sanchez lib. 3. disp. 5. n. 2. ac probant 1. quia ad Matrimonium præsenta Parochi desideratur; hic autem non Parochi, sed privata personæ manus obicit, dum omisissi denuntiationibus intereat Matrimonio: ergo est nullum.

Probarat Minor: quia in Trid. sess. 24. c. 1. de Refor. Mar. conceditur Parochi limitata potestas assistendi Matrimonio, nempe præmissis denuntiationibus; sed limitata causa limitatum producit effectum; *In agro*, ff. de Acquir. rer. dom. Ergo si Parochus excedens fines mandati, illi omisissi interficit, non ut Parochus sed ut privatus ager: quando enim judex procedit ultra suæ potestiarum limites, ut privatus agit.

Respondet Sanchez sup. n. 4. neg. Min. & ad probacionem dicit: dari Parochi limitatam potestatem, quoad recte & ritè agendum, dum præcipit Tridentinum Parochi, ut præmittat denuntiations, non tamē quoad validè agendum. Sicut dum præcipitur Judici cap. *Cum medicinalis*, de Sent. Excom. in 6. ne excommunicet, nisi in scriptis, & præmissâ triâ monitione, traditur forma excommunicandi ritè & rectè, quæ minimè desideratur, ut valeat excommunicatio. Hæc ille.

Sed tu mécum Nota: in d. cap. nullam fieri mentionem trinæ monitionis. Interim excommunicationem latam sine scriptis validam esse, constat ex illis verbis d. cap. *Si quis tamen Jūdicum, hujusmodi constitutionis temerarius existenter violator, per mensum unum ab ingressu Ecclesiæ & diuinis officiis noverit se in 6. suspensum.* Superior vero ad quem recurrunt, sententiam ipsam sine difficultate relaxans &c. Ergo talis excommunicatio tenebat. Ergo non omnia, quæ præscribuntur in jure à Jūdicibus, aut aliis personis publicis observanda, præscribuntur ad validè agendum, sive ut forma substantialis; sed aliquando solùm per modum cuiusdam solemnitatis, ad ritè & rectè agendum.

Ex quo facilè respondebit ad alias rationes Adversariorum. Probant ergo 2. suam sententiam: *Qui Trident. loquitur per ablativum absolutum ibi: Quibus denuntiationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem Matrimonii procedatur*: ablativus autem absolutus conditionem importat; *A testatore*, 109. ff. de Condit. & demonst. conditio autem formam, l. *Qui heredit, & l. Meius*, ff. eod. tit. ut docet Felinus sup. verf. Secundum signum, ubi sic ait: Ubi in dispositione legis, vel hominis ponitur aliquid conditionaliter, illud dicitur esse de forma; Bald. in Authent. *Mari & avia*, ibi: *Quidam tamen dicunt Cod. Quando mu. tu. offic. fun. pos. Et dicit, quod conditio, quæ apponitur per legem, nunquam dicitur continere solemnitatem levem; imo oportet, quod conditio existat. Hæc ille.* Ergo omisso denuntiationum vitiat Matrimonium: omisso enim formæ in qua committit minima parte vitiat actum, l. 1. in fine, ff. de Vent. inspic.

Quod si dicas: esse conditionem juris communis, & ita tacitè intellectam, & proinde *præcluditur* ejus expressionem nihil operari. Contraria: quia evasio, longè alio modo exprimitur, quam jure antiquo inerat, & ita operari debet, nam jure antiquo (ut constat ex cap. fin. de Cland. desponl. initio) non exprimebantur denuntiations per ablativum absolutum, nec limitabatur ibi potestas Parochi. Et etsi limitaretur, non erat necessaria Parochi assistentia ad valorem Matrimonii: at in Trident. explicantur per ablativum absolutum, & limitatur potestas Parochi ad assistendum Matrimonio, cujus assistentia est necessaria ut valeat.

Respondet Sanchez sup. importare formam & conditionem, ut ritè & rectè celebrentur Matrimonia, non autem ut valide. Quod inde colligitur: quia ea conditio tacitè inerat, eratque tantum jure communis requisita ad ritè & rectè agendum; quare ejus expressio nihil novum operari debet: & licet

B b b b 3 videa-

Disp. 11. De Contracitu & Sacramento Matrimonii.

750— videatur quoad verborum sonum alio modo exprimi, quam jure inerat: at ex tenore Decretri Tridenti manifeste habetur, non alio modo exprimi; quia dicit: *Vestigiis sacri Concilii Lateranensis inhaerendo: tum etiam, quia in clausula irritanti solū expressit præsentiam Parochi & testium. Hæc ille.*

11.
Impugna-
tur.

Alia impug-
natio.

Sed contra, dicit aliquis; si illa verba important formam & conditionem, ergo omisso denuntiationum vitiat actum, quia omissione formæ in quacumque minima parte vitiat actum. Dicere autem; solū vitiat actum, quia non ritè & rectè celebratur Matrimonium, videtur esse petitio principi; quia idem est, ac dicere, non important formam & conditionem, de quo queritur.

Deinde; certum est, quod Tridentinum amplius aliquid exigat, quam Concilium Lateranense, scilicet trinam denuntiationem, tribus continuis diebus festiis, quæ trina denuntiatione non erat necessaria iure antiquo, ut clarum est; & tamen rectè dicitur inhaerere vestigiis Concilii Lateranensis: ergo tametsi Matrimonium foret irritum, quod celebatur non præmissis denuntiationibus, adhuc rectè dici posset, Concilium Trident. præcipere illas denuntiationes inhaerendo vestigiis Concilii Lateranensis.

Dic ergo: illa verba Trident. *Quibus de-*
nuntiationibus fatus &c. non importare for-
mam seu conditionem propriè dictam, ut
colligitur ex subjecta materia, & aliis cir-
cumstantiis, de quibus sup. in probationibus
nostræ sententia; estd aliquando ablativus
absolutus importet conditionem propriè di-
citam, seu formam substantialem.

12.
Inflammati-
on.

Diluitur.

Si urges: forma nihil aliud est, quam quedam ordinata series, rem ad substantiam deducens: sed Tridentinum ibi confituit ordinem, quo procedendum est ad celebrandum Matrimonium; nempe, ut præcedant denuntiationes, & fiant tribus diebus feriatis continuis, & tandem coram Parocho & testibus ergo torus is ordo est de essentiali forma.

Negatur Consequens: quia tunc solù totus ordo est de essentiali forma, seu constituitur ut forma substantialis, quando ex aliis verbis seu circumstantiis non colligitur oppositum, sicut hic colligitur, ut pater ex antedictis.

13.
Vtimum-
arg. Adver-
sariorum.
L. 5. Cod.
de LL.
Reg. 64. de
Reg. juris
in 6.
Resp. San-
chez.

Ultimò argumentantur Adversari & dicunt: factum contra legem pro infecto habetur, l. *Non dubium, Cod. de LL. ibi: Ut ea,*
qua lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non
solum inutilia, sed pro infectis etiam habentur.
Et Reg. 64. de Reg. juris in 6. sic ait: *Quæ*
contra jus sunt, abeant utique pro infectis ha-
beri. Sed Matrimonium non præmissis de-
nuntiationibus celebratur contra jus; ergo
haberi debet quasi infectum, & est irritum.

Responder Sanchez sup. intelligi eos tex-

tus, ut factum contra legem habeatur præfecto, quando lex statuit formam subtiliæ actus; secùs quando ex eo colliguntur solam formam & modum, ut rectè fiat prædicta scribi. Hæc ille.

Enimvero certissimum est, sepius Matrimonia celebrari contra jus, que tametsi concursum omnium calculo sunt valida, arg. in Pet. 2. *Ad Apostolicam, 16. de Regulari Matrimoniis, probibentur, que si facta fuerint, obstat boris firmitatem. Audimus Concilium in Reg. 64. Nonnullis casibus ab hac Reg. disceditur: veluti in Matrimonio contrahacto simplex continentia vorum, vel causa interdictum Ecclesiæ, vel cum negligatur id est, cum ea, quam quis ante Baptismum in fidei Christiane articulis instituit. Hæc ille. Quidam possunt addere: in Matrimonio non præmissis denuntiationibus contrahatur Nihil obstat, ut manifestum est etiam dictis. Vera itaque permanet Concilium in stra, scilicet Tridentinum præcipientia denuntiationes absque irritatione Matrimonio.*

Rogat aliquis; an precipue ligato mortali? Respondeo:

CONCLUSIO II.

Omittere omnes denuntiations, seclusâ debita dispensatione, & justâ causâ, est peccatum mortale: secùs unam.

P Rima pars, scilicet peccate lethitie Prosternorum, afflitione Matrimonio, & contrahentes, non premisit illa denuntiatione, est communis DD. sententia; et illa ea dicentes non sit excommunicatio Synodus ecclesie contra omittentes, & Parochus sedibus operari sufficientem diligentiam ad exercitandum, an sit impedimentum.

Probatur 1. ex verbis tum Concilii Lateranensis, tum Concilii Tridentini, quoniam rigorosum præceptum in matrimonio sequi possunt multa mala, scilicet Matrimonia invalida, & per consequens peccata fornicationis, aut etiam adulteria. Quoniam igitur hoc præceptum graviter obligatum ubi non est excommunicatio Synodus contra omittentes? Nisi enim omisso illud in grave materia, immoritò Synodus excommunicaret omittentes; cum excommunicatio major, quam hæc intelligo, sit peccatum improporionata peccato veniali.

Sed neque diligentia Parochi hoc supponit, factis quippe denuntiationibus, certum est, ut ad populi noitiam perveniat Matrimonium, & magis timent omnes impedimentum occultare, quod norunt: & ei qui valeret ea diligenter, transgreditur Prosternus.